# Bereznickich Coniugum mutua Aduitalitas:

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesen. Castren. Capitan. Praemysliens. Nobilis Stephanus Bereznicki Berezhowicz olim Nobilis Basilij Bereznicki Berezhowicz cum olim Nobili Christina Hosciszanska Conte illius legitima procreatus filius ab una et cum Popielowna olim Nobilis Andreae Popiel Lastowczak Hotoudnub cum Nobili Marianna Hoszowska Conte ipsis legitima procreata filia et fati vero Nobilis Stephani Bereznicki Berezhowicz Consors legitima partibus ab altera Coniuges legitimi sani mentibus et corporibus existentes à Terris Detibus Iuribus Iurisdictionibusque suis generaliter propriis et competenti recedendo praesenti vero Castren. Capitan. Praemysliens. Iurisdictioni quoad actum modernum attinet, seseque succedibus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque submittendo palam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsum duo Interesse recognovit. Dum ipsi et quidem Maritus solus per se, Consors vero cum eiusdem Mariti sui et Tutoris Coniugalis personali assistentia et ultroneo accedente consensu: Ibi mutuo et invicem una Pars alteri, omnium generaliter bonorum suorum, mobilium et immobilium haereditariorum et obligatoriorum

Summarumq́ pecuniarum quarumvis: Necnon auri argenti Clenodiorum, Unionum Margaretharum, Vestium, Vestimentorum, Stanni, Aeris, Cupri, Orichalci, pecorum, pecudum, Equorum, Equicias actorum supellectilis domus, in quacunq́ forma et Materia existen. nunc habitis et in post habendis mutuam Aviticalitatem et Ususfructum ad extrema duntaxat Vitae Utriusq́ eorum tempora, tantummodo et non ultra inscripserunt, concesserunt, et assignaverunt, prout inscribunt, concedunt et assignant praesentium tali Vero modo et Conditione. Quod si prius fatum Nobilem Stephanum Bereznicki Berzhowicz Maritum, quam ipsam Nobilem Evam Popielowna Consortem ipsius mori et de hac luce decedere contigerit, extunc eadem Nobilis Eva Popielowna Consors sua Bona superius omnia et Summas pecuniarias morte praedicti Mariti sui derelictas, Cum omni eorundem Iure, dominio, et proprietate, competentiaq́ et prerogativa quavis, omnibusq́ et singulis eorundem Utilitatibus et Ususfructibus tenebit, habebit, et possidebit, illisq́ quiete et pacifice utifruetur ad extrema duntaxat Vitae suae tempora, post fata vero praefatae Nobilis Evae Popielowna Contis, extunc praedicta bona et Res gratis omnes Inservire praesenti subiectis morte praedicti Mariti sui derelictis ad successores praemortui Mariti sui, sine quovis impedimento et Contradictione, ne successoribus praedictae Contis suae, totaliter et

plenarie

plenariè devolventur: Similiter quoq; si prius praefatam nobilem Evam Popielowna Contentem suam quam ipsum nobilem Stephanum Berezniczki Berezowizicz Maritum suum mori contigerit, extunc idem Maritus Bona supra scripta quaevis omnia, morte praedictae Contentis suae derelicta Cum omni Iure, dominio et proprietate tenebit habebit et possidebit, illisq; quiete et pacifice ad extremum duntaxat vitae suae tempora utifruetur. Post mortem verò de hac luce decessum eiusdem Mariti sui, extunc bona supra scripta morte eiusdem Contentis derelicta quaevis, ad successores suos sine quovis impedimento et Contradictione Successorum Mariti sui totaliter et plenariè devolventur. His suis praesentibus personalibus Recognitionibus ac Commissionibus omnia mediantibus.

## Sielecki Skrebessowicz Sozanski Donat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premysliensibus Nobilis Fedko Sielecki Skrebessowicz olim Nobilis Stec Sielecki Skrebessowicz filius sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq; suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo, praesenti verò Castrensi Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quo ad actum modernum attinet Sese cum Succesoribus ac bonis suis quibusvis omnibus totaliter et plenariè incorporando